32

SATYRÆ MEDICÆ,

CONTINUATIO XII.

DE

SUPERFETATIONE

QUAM

DISPUTATIONE ORDINARIA

DEO JUVANTE

IN CELEBERRIMA ELECTORALI HEIDELBERGENSI

PRÆSIDE

DN. GEORGIO FRANCO,

MED. AC PHIL. DOCT. ET PROF. P. ORD. FAC. DECANO ET ACADEMICO CURIOSO.

Jatrophilis exhibet

Ad Diem 30. *Decembr.* cIↄ Iↄc LXXVI. *horis antemerid.*

In Brabeuter. Univerſ.

JOH. PETRUS WEISSIUS,

HEIDELBERGA PALATINUS.

HEIDELBERGÆ,

Typis, SAMUELIS AMMONII, *ACAD. Typog.*

B. C. D.

§. 1.

SUPERFETATIO, Græcis ἐπικύημα, vel ἐπικύησις (quamvis aliquam inter utrumque agnoſcam differentiam; Conf. FOES. *Oecon. Hipp. f. m. 228. a.*) ab ἐπικυέω, vel ἐπικυίσκομαι aut ἐπικυίσκω (iſtas uſurpavit ARISTOTELES IV. *G. A. 5.*) i. e. ſuperfeto; qua voce uſus Plinius *l. VII. c. 7.* Germ. Uberſchwängerung / Auctor interpret. Coſmi Viardel Hebammenbuchs *l. 1. c. 6.* Superfetatio inquam meretur, & in gratiam JCtorum & Medicorum & Phyſicorum accuratius tractari, ſiquidem inter naturæ ſpectabiliſſima opera non infimum porro eſt illud, quæ uti raro accidit, ita majorem ſui contemplationem expoſcit, ut utar verbis SINIBALDI *geneanthr. l. 8. tr. 2. c. 3.* Conf. omnino *Marc.* DONAT. *l. 4. hiſt. mem. c. 16.*

§. 2.

De hac congerere quædam ex optimatibus Reip. Medicæ aliisque conſtitui. Sunt autem præter alios illi, qui modo ſequuntur: HIPPOCRAT. *l. pecul. de ſuperfet.* (utut eum prætermiſerit EROTIANUS, teſte FOES. *ad hunc libr.* Hippocratis tamen eſſe contendunt FOES. *Oecon. Hipp. f. 228. b. & nott. ad d. libr.* SINIBALD. aliique. Quamvis, ſi verum fatear, ego potius dubitarem ob aliquas rationes) *Nic.* MASSA *Epiſt. 25.* BUDÆUS *in l Antiqui §. ſed ff. ſi pars hered. pet.* allegante ZACCHIA. ROUSSET *de part. Caſ. ſ. VI. c. 7.* BAUHIN. *in Append. 6.* RAYNAUDUS *de ſect. Caſ. c. 11. Marc.* DONAT. *l. 4. med. hiſt. mirab. c. 16.* *Ioh.* SCHENCK. *obſ. l. 4. tit. de ſuperfet.* SAXON. *Pract. Med. l. 4. c. 27. Greg.* HORST. *l. 1. Epiſt.* HUCHERUS *de ſteril. l. 3. tit. de ſuperfetatione*; SYLVATICUS *controverſ. med. 81. per totum.* PAREUS *l. 23. c. 52. Rod. a* CASTRO *l. 3. de nat. mul. c. 13.* SINIBALD. *geneanthr. l. 8. tr. 2. c. 3. P.* ZACCHIAS *l. 1. tit. 3. quæſt. med. leg. 3. & 4.* SENNERT. *prax. l. 4. p. 2. ſ. 4. c. 6. Coſmus* VIARDEL

obſſ. de partu l. 1. c. 6. SPERLING. *de formatione fetus in utero c. 6. q. 3. &c.*

§. 3.

Hæc, *Herc.* SAXONIÆ *l. 4. pract. c. 27.* eſt nihil aliud quam ſecunda conceptio poſt primam facta. Sed quot inſtantias hæc patitur deſcribtio; bone DEUS! Nec multo videtur melior illa SENNERTI *l. a.* ubi dicitur eſſe, quando ex diverſis congreſſibus plures fetus concipiuntur. Certe rem melius videntur tetigiſſe GORRÆUS *definitt. med. f. m. 113.* b FERNEL. *phyſiol. VII. 12.* atque FOES *Oecon. Hipp. f. m. 228.* a. dicentes ἐπικύημα eſſe fetum alterum gravida jam muliere conceptum. Videlicet ſuperfetatio eſt, qua intra pauciores dies, hebdomadas vel menſes poſt priorem fetus alicujus conceptionem unus vel etiam plures adhuc fetus ex diverſis congreſſibus concipiuntur. Vid. SPERLING. *l. d.* qui tamen fere omnia transſcribit ex P. ZACCHIA præcipue ex *l. 1. t. 3. q. 4. n. 1.*

§. 4.

Antea autem quam progrediamur ulterius, clamitant aliqui: Heus. daturne talis ſuperfetatio? Et pro negantibus allegantur B. AUGUSTINUS *l. 5. de C. D c. 6.* nec non alii quidam Doctores, referente GLOSSA *in l. Antiq. §. ſed. ff. ſi pars hered. pet.* ap. ZACCHIAM *l. 1. 3. q. 3. n. 1.* Ex Medicis quoque rem pro ridiculo habet *Ioh.* VALVERDA *Anat. l. 3. c. 14.* aliquot ratiunculis rem impugnans, ſed quas fortiores optabat, ideoque refutabat recte ZACCHIAS *l. a. q. 3.* Multi quidem dicunt impoſſibile eſſe, ut uno edito, eoque primo partu atque perfectiore alter ſuperfetatus non ſimul in tanto naturæ conamine ejiciatur. Sed his reſpondet *Coſmus* VIARDEL *obſſ. de partu l. 1. c. 6. in fine.* Alias objectiones pro negantibus movet ſed ſimul qq. reſolvit P. ZACCHIAS *l. 1. t. 3. q. 3. n. 2.* & *l.* SPERLING. *l. a.*

§. 5.

Beatiores ergo ſunt partes affirmantium, quippe qui ſe tuentur (1) AUCTORITATE, ut enim taceam jam ſupra §. 2. laudatos; Huic affirmationi inſuper patrocinantur HIPPOCR. I. *de Diat. teſte* SINIBALD. ARISTOT. *IV. G. A. 5 & VII. H. A. 4.* PLIN. X. 63 EBN SINA *l. 3. fen. 21. tr. 2. c. 17.* EBN ROSCHDI 4. *de G. A. 7.* ALZARAVIUS *l. pract. tract. 25. c. 23. Ebn Zacharias* RASÆUS *22 Con. tr. 6. c. 1.* SOLIN: *de ſitu in Orb. c. 3.* GORDON. *in Lilio Med. part. 7. c. 2.* ap.

 SCHENK.

SCHENK. & SINIBALD. FERNEL. *Phyſiol. VII. 12.* FOREST. *Schol. ad l. 28. obſ. 45. Vidus* VIDIVS *de tuend. valet. membratim l. 14. c. 7.* FOES. *nott. ad Hipp. l. de ſuperf. f. m. 114.* BONACCIOLVS *Ennead. mul. c. 3.* JOVBERT. *Error. popul. l. 3. c. 1.* PLATERVS *Prax. Med. t. 3. l. 2. c. 1. p. m. 473.* *A.* LAVRENT. *Anat. l. 8. q. 22. Greg.* HORST. *de cauß. ſimilit. infant.* ARNISÆVS *de partus hum. legit. term.* NANCEL. *in anal. microc. ad macroc. l. X. probl. 7.* M. SEBIZ. *ſpecul. Med. pract. p. V. c. 1. p. m. 1480. Rod. a* CASTRO *de nat. mul. l. 3. c. 13.* HARSDÖRF im groſſen Schauplatz *hiſt. 141.* C. SCHOTT. *Phyſ. Curios. l. 3. c. 30. p. m. 553.* Quin etiam admittunt ipſæ leges in *l. Antiqui §. ſed. ff. ſi pars hered. pet.* & *in l. Cum quidam §. ſuum hered. ff. de acquir. hered.* & *ibi* GLOSS. PAVL. *n. 3.* & ALEX. *n. 3.* ap. P. ZACCHIAM *q. 3. n. 12.*

§. 6.

Statim & hoc adnotatum volo quoſdam ſtatuere ſolam mulierem ſuperfetare, ut *Rod. a.* CASTRO *l. a.* cui ferme conſentit SPERLING. *p. m. 80.* Qvoſdam pleraque alia animalia: Sic FERNEL. *Phyſiol. VII. 12.* inquit Canibus aliiſque plerisq; animalibus freqventius accidere. Hinc *Th.* BARTHOLIN. C. 4. *Epiſt. 56. p. m. 361.* ait: *In brutorum genere crebriora vidi exempla, cui multiplex fetus familiarior:* Quosdam ſaltim aliqua animalia ſuperfetare aliqua non, uti ARISTOT. *IV. G. A. 5.* Vnum aut alterum ſuperfetare animal præter mulierem ſtatuit qq. PLIN. *VII. 11.* e. g. Lepores ARISTOTEL. *IV. G. A. 5.* & *VII. H. A. 4.* PLIN. *X. 63.* MIZALD. *Cent. V. §. 49.* it. Canes, ex FERNELIO ZACCHIAS *l. 1. t. 3. q. 3.* ac *L.* STRAVSS. *de fetu Mußipont. p. m. 6.* it. Equas, MIZALD. *l. d.* dubitant tamen alii, forte non male. It. Scrofas & Lynces; MIZALD. *l. d.* It. Daſypodes, PLIN. *X. 63.* quos lepores eſſe voluit BVDÆVS, ſed male; *Chriſtoph* LANDINVS Taxum ſ. Melem, *Marcell.* DONATVS vero *l. 4. c. 16. in fine* cum COELIO *in annot.* Cuniculos, quia omnium maxime ſuperfetent.

§. 7.

Poſthabito ergo imbecilliore nudæ auctoritatis teſtimonio, longe fortius (II.) CERTIORIS EXPERIENTIÆ jam allegabimus, per varias hiſtorias, promiſcue tamen, recenſendas. Nolo tamen plane antiquas repetere, quarum aliquot poſſunt peti ex HIPP. *l. V. Epid. f. 336.* Conf. FOES. *Oecon. Hipp. f. 228. a.* ARISTOT. *VII. H. A. 4. circa fin.* PLAVT. *in Amphitr.* de Hercule & Iphiclo. OVID. *XI. Met. 8.*

ap-

ap. ZACCHIAM PLIN. *VII. 11.* (qui videtur depromſiſſe ex ARI-STOT.) Cum aliquæ illarum fabuloſæ, aliquæ obſcuræ ſint. Sed ad recentiora exempla.

§. 8.

Ut autem chartæ, tempori atque Lectori parcam, verba hiſtoriarum, jam nunc non excerpam, indicabo ſaltim loca. (α) *Nicol.* FLORENT. *ſerm.6.tr.1.c 22.* ap. SCHENK. *M.* DONAT; SENNERT: & *SINIBALDUM* (β) DODONÆVS *in annott. ad Beniven. c. 3.* apud eoſdem. (γ) *P.P.* PEREDA *ſchol. ad Paſchal. l. 1. d cur. morb. c 55.* ap. SCHENK. SENNERT. & ZACCHIAM *q. 4. n. 18.* (δ) *NANCEL. analog. micr. ad macr. l. X. probl. 7.* (ε) *Fr.* ROVSSET: *de partu Cæſ. ſ. 6. c. 7.* ap. SCHENK: & SENNERT: (ζ) *C. BAVHIN. in append. ad Rouſſet*: quatuor exempla proponit ap. SCHENK. & SENNERT. (η) *SALMVTH. C. 3. obſ. 33.* (θ) *Ioh.* RHOD. *Cent 3. obſ. 52.* (ι) *Th. BARTHOLIN. C. IV. h. 14.* (κ) Id. *in Ciſt. Med. p. 398.* (λ) *HARVEIVS de partu p. m. 336.* (μ) Ex SCHENKIO *I.* WOLFIUS *Cent. XVI. Memorab. f. 957.* HARS-DöRF: Groſſer Schauplatz *hiſt. 24. p. m. 94.* *C BAVHIN. ad Rouſſet.* (ν) GORDON. *in Lilio Med. part. VII. c. 2.* ap. SCHENK. (ξ) *CARDAN. Comm: ad Hipp. V. aph. 36.* ap eund. (ο) *A. LAVRENT. l. 8. Anat. q. 22.* ap. eund. (π) *IANSONIVS lib. Mercurii Gallo-Belg. p. 81.* ap. eund. (ρ) *Ioh.* FRANCVS ap. SCHENK *ex communicat. L.* SCHOLTZII. (σ) Epidemicam ſuperfetationem vidit *BRASSAVOL. Comm. ad V. aph. 38.* ap. SCHENK. (τ) *Alex.* BENEDICT. *d. cur: morb. l. 25. c. 23. ap. eund.*

§. 9.

Sed ne ἀσύμβολος diſcedam unicum de meis addam. Ante annos 40 præter propter Montbellgarti uxor Scriniarii fetum vivum & incolumem edebat: quatuor inde ſeptimanis poſt, alium, ſed mortuum, enixa eſt. Maxime autem mirabile eſt illud, quod in oppido Würtembergico Binningkheim accidit uxori Adami Strotzmanni; de qua verſiculi antiqui; ceu mihi teſtata eſt Illuſtriſſima loci illius olim Domina; eoſdemque communicavit D. EISENMENGER; ſicuti allegant *D. D. I. D. HORST. in additt. ad Zacchiam*; & *D. D. L.* STRAUSS. *in additt. ad Schenk* Tandem & illud miraculoſum ſupperaddam; ubi *Herc.* SAXONIA *l. 4. pract. med. c. 27.* refert. de Nautæ (non Nobilis, uti SENNERTVS habet) uxore, quæ filium pariebat nono menſe, vivum & perfectum; Octavo die a primo partu alium rudem & non omnino abſolutum, poſt 15. dies iterum alios duos. Cum jam reconvaluiſſet, anno ſequenti, cum iterum utero gereret, habuit eoſdem omnino partus, & ſinguli eorum

in propria tunica erant involuti. Cum tertio concepiſſet, & filium edidiſſet primo, & adhuc uterus eſſet filiis plenus, parere amplius non potuit, & obiit.

§. 10.

Cauſſas rari accidentis inquirere difficillimum, teſte *Nic.* MASSA *Epiſt. 25. in principio* SPERLING & VIARDEL. *l. a.* Ne tamen affirmantibus deſit (III.) argumentum, idemque nobiliſſimum puta RATIONEM; lubet jam inquirere in ἐπικύησι⊙ cauſſas. ARISTOT. *IV. G.* A. 5. ait cauſſam, ne ſuperfetent animalia quædam, eſſe, quod ſingula pariant: Solipedes enim, & quæ iis auctiores ſint animantes, nunquam ſuperfetent, qui ib: plura addit. GORRÆ *defin. med. f. m. 113.* b. & *Herc.* SAXON. *l,* 4. *c.* 27. dicunt fieri, cum fetu jam concepto non clauditur exacte uterus, ſed Semen aliud etiam intro admittit; nihil obſtante loco HIPPOCR. *V. aph.* 51. & GALEN. *comm. ad h. l.* ut & *XIV. V. P.* 3. ubi dicitur adeo poſt conceptionem os uteri conſtringi, ut ne ſpecillum vel aciculam quidem deinceps admittat. Siquidem ex magna mulierum gravidarum voluptate in συνȣσίᾳ iterum uterum poſſe reſerari, præcipue in ſangvineis, ſcribunt SENNERT: SINIBALD, VIARDEL. *l. a.* ZACCHIAS *q.* 3. *n.* 18. Atque in ſuper locum *Hippocr.* longe mitius atque melius interpretatur SPIGEL. *l.* 8. *c.* 19. nim. non adeo coarctari; ſed connivere ſaltim uterum. Quibus & nos ſubſcribimus.

§. 11.

Sed ad διάγνωσιν properemus. Tempus quo alter poſt alterum concipitur, ſtatuitur varium. SENNERT. *l. a.* ait neceſſe eſſe, ut accidat a primo conceptus die uſque ad quartum aut circiter; quando primus fetus adhuc exiguus eſt, ut non difficulter locum inveniat: Secus fiat abortus. Poſt 20. 30. vel 40. dies, SPERLING. *de form. fet. p.* 79. Poſt 5. Septimanas & 5. dies vidit C. BAUHIN. ad *Rouſſet.* Poſt 2. menſes H. SAXON. & SPERLING. Sicuti nobilis illa ab Hirſchhorn decima hebdomada ap. BAUHIN. Conf. ſupra §. 8. *lit.* μ. Tertio menſe in exemplo *Nicol.* FLORENT. Et RAPHAEL ex Jac. FOROLIV: ap. ALEX. *ad l. Cum quidam §. ſuum hered. ff. de acquir. hered. n.* 3. Conſentit

tit *H.* SAXON. SPERLING. Immo poſt quinq; menſes PEREDA *ſupra* §. *10. lit. y.* *At* per annos *ſuperfetationem ſubputare, & primum diutiuſime in utere hæſiſſe, excluſo poſteriore fetu, inter rariſſima numeramus, nullo ſcribto ſignatam*; inquit *Th. BARTHOLIN. C. IV. h. 14.* ubi allegat exemplum ex urbe Venda Livoniæ. Communiter tamen non niſi in primis 40. diebus contingere conſueſcit ut plurimum, ait P. ZACCHIAS *q. 3. n. 23.* & confirmat *ex l. Antiq.* §. *Sed. ff. Si pars hered. pet. GLOSS. ad l. Cum quidam* §. *ſuum hered. ff. de Acquir. hered. ALEX. ad hanc legem n. 4.* Sed *PAULUS n. 3. ad eand. legem* extendit ad 60. dies. Sed de 40. diebus convenit qq. *MARINELLUS de Med. mul. l. 3. c. 4.* ſupraq; eos factam exiſtimat portentoſam. Conſentit CARRANZA *tr. de partu c. 19.* ZACHIAS *l. d. q. 4. n. 18. ſeqq.* quamvis ejus rationes non ubiq; ſatis faciant Arbitror omnibus ferme poſſe fieri menſibus magis tamen in prioribus; priore fetu adhuc minore.

§. 12.

Quod poſterius in lucem emittitur, nondum partium diſtinctionem habet, ſed caro exſiſtit, neq; intumeſcit, verum putreſcit, donec utero exeat, ſcribit HIPPOCR. *l. de ſuperfet. f. m. 41.* Quamvis multa reclamet experientia. Pleriq; vero ſuperfetati fuere masculi, ut ex hiſtoriis conſtat. Quandoq; feminæ tertium ſuperfetant, ita ut duos fetus vitales edant, tertium vero intempeſtive ejiciant, SENNERT: *Prax. l. a.* Alias ſuperfetatio non facile cognoſcitur niſi forte ex motu infantis, ſi tardius in utero conceptus ſit & moveatur *Id. Ib.* Conſtat præterea, quod notandum, unico coitu conceptos ejuſdem ſexus unica ſecundina includi, conceptos autem diverſo coitu etiam ejusdem Sexus habere ſingulos ſuas ſecundinas, P. ZACCHIAS *q. 3. n. 11.* & probat ex HIPPOCR. *l. de Superfet.* (quamvis ſibi ipſi ipſi contrarietur *l. de Nat. puer. in fin.*) FERNEL PAREO. LAURENT. *aliisq;*. Conf. *Herc.* SAXON. & SENNERT. *l. a.* Contrarium tamen exemplum habet *C. BAUHIN. ad Rouſſet.* Cetera valde convenit ſuperfetatio cum gemellorum geſtatione SENNERT & VIARDEL *l. a.* Rarius qq. inter mulieres, Sæpius inter bruta accidit, VIARDEL *Ib.*

§. 13.

In prognoſi putant aliqui non eſſe vitalem ſuperfetationem, quo etiam inclinat *HIPPOCR. l. de ſuperfet.* Contrarium tamen elucet ex variis

riis

riis exemplis *ſupra* §. 8. obiter tactis, SENNERTUS & SINIBALDUS putant utrumq; eſſe poſſe vitalem, ſi conceptio fiat die eadem vel ſequenti, aut ſaltim non longo poſt intervallo. Verum ambo illi ap. *Nic.* FLORENT. tribus diſtabant menſibus, & tamen bene vixerunt ambo. Atq; Nobilis ab Hirſchhorn poſt decimam hebdomadam natus ſupervixit: ut alia taceam. Nim. pro robore & matris & fetus, aliarumq: circumſtantiarum res ſuccedit. Interim credibile eſt, ut SENNERTUS ſcribit, ſuperfetationes, quæ poſt primum conceptum longiore accidunt intervallo, gravidis plerumq; dolores & ſibi & fetui priori qq. interitum conciliare, aut ſaltim periculoſas eſſe, uti ex aliis probavit *ZACCHIAS q. 3. n. 19.* Quamvis & hic diſtingui velim.

§. 14.

Deniq; quæ tempore geſtationis obſervanda; qualiave prophylactica adhibenda, docuit SENNERTUS *loco ſæpius citato*, quo L. B. brevitati ſtudens ablego.

COROLLARIA.

1. *Et Biblia ſacra, & Corpus Juris multa habent, quorum explicationem veram debent Medicinæ atq; Phyſicæ.*

2. *In generatione mulier fermè magis contribuit, ac Vir; ſecus ut Antiquorum multi ſtatuerunt.*

3. *Longe magis nocet exceſſus & crapula in cibis, iisq; variis, quam in potu.*

4. *Phyſiognomia egregium eſt artificium ad cognoſcendos & mores & naturas hominum; Medicoq; tum maxime condignum.*

F I N I S.